



Universitätsbibliothek Paderborn

Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

XII Dilucidum igitur ex his est a ueritate multum dissidere, quod Luther[us]
colligere molitur, nempe q[uod] priora testimonia sacerdotium nostrum
euacuarunt. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-30878

CONGRESSVS TERTIVS

Esaia scripta sunt, quæ supra negauimus ad præsentem eccle
Dilutio siæ statū pertinere. At nihil nos id ledet. Nam Christus non
Plurima citan tur ex libris q̄ afferit hæc uerba se ex Esaia desumpsisse, sed ex prophetis. Et
non extant fieri potest ut in alijs prophetarum libris, qui deperierunt scri
pta sint. Necq; enim semper oportet extare libros unde in scri
pturis testimonia citantur, quum palam sit in actis, Paulum
quædam ex Christo uerba citasse, quæ nusquam in euange
lijs exprimuntur. Ait enim dixisse Iesum. Beatum est dare po
tius q̄ accipere, id quod in Euangelijs nusquam legitur. Sed
Actorū, 20 & in ipsis Euangelijs nonnulla citantur, quæ nec in omnibus
ueteris instrumenti libris saltem qui iam extant, reperiuntur.

XII

Dilucidum igitur ex his est a ueritate multum dissidere,
quod Luther^o colligere molitur, nempe q̄ priora testimonia
sacerdotium nostrum euacuarunt. Sic enim post introductas
priora scripturas illico subdit. Hæc testimonia plane euacuāt
sacerdotium uisibile, dum & orationem, et accessum ad deum.
& doctrinam omnibus cōmunem faciunt, quæ recte sacerdo
tum propria est. Quid enim opus est sacerdote, dum non est
opus mediatore, & doctore? An sacerdotem sine opere con
stituemus? At mediator & doctor christianorū præter Chri
stum nullus est. Hæc Lutherus.

Nos uero superius ostendimus opus esse christianis, & me
diatore, & doctore præter Christum. Hoc tamen largimur ei
q̄ nisi Christus intus docuerit, fidem inspirans, & lumine quo
Inspiratio nō dam' mentem illustrans, inanis erit cuiuscq; doctoris labor. Ce
nde q̄q; sufficiens est
A d' qd pasto
ribus opus sit
terum hæc inspiratio & illustratio iuxta mensuram tamē spi
ritus impertitur, ut non in singulis abq; doctoris opera cuiq;
sufficiat ad plenam de sacris dogmatibus eruditioñ. Quam
obrem & si fide fuerint afflati christiani, ut deum esse credant
ab eoq; precentur opem, siue quoquis mediatore, quis non ui
det tamen esse multa quæ citra doctoris operā singuli nequa
q̄ intelligunt. Sed & quanq; hæc agere possint, nō semper ta
men eadem agunt sine monitore quoquis. Quæ res usq; adeo
dilucida est, ut nemo, si non obstinatissime cæcus fuerit, non
clare cernat oportere, inter Christum & plæbem quosdā esse
medios, qui non solum assidue precentur, & pro plæbe Chri

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXX

Etum interpellent, uerum etiam ignorantem instruant, aberrā
tem arguant, dormitantem excitent, & deniq; frigescētē ac-
cendant, cæteraq; faciant, quæ pastoribus incumbunt anima-
rum. Ex quibus liquet item & id quod sequitur q; nihil habe-
at ueritatis.

XIII

¶ Nam subdit. Quin ipsi per se se accedunt a deo docti, de „
inceps mediare & docere potentes, eos qui nōdū sacerdotes, „
id est nondum Christiani sunt.

Fatemur quenq; Christianum ad deū posse per seipsum ac-
cedere, ut dicat precationē dominicam, & ueniā postulet atq;
gratiam. Cæterū q; inepti sint ad docendum alios, qui nondū
Christiani sunt, res ipsa manifestat. At ut istud donemus quoſ
dam posse, nihilominus tamen & cæteris, nemo non perspi-
cit, opus esse, cum intercessoribus, tū eruditioribus qui mone-
ant, excitent, erudiant, increpent.

Sequitur. Atq; ita sacerdotiū noui testamenti proſsus sine „
personar; respectu regnat cōmuniter in omnibus spū solo. Si „
cut dicit Gala, 5. In Christo Iesu nō est Iudeus, nō est Gr̄ecus „
nō est masculus, nō est fœmina, nō est dñs, non est seruus, sed „
omnes uos unum estis in Christo.

Ad hæc, unitas nihil impedit quin mēbra uaria sint, & nō
singula paribus p̄dita donis, quū intra corporis huius unitatē
idē Paulus affirmet, alios esse datos ap̄los, alios uero prophē- Efhe. 4.
tas, alios autē euangelistas, alios pastores & doctores. Et cer-
tum est has nomenclaturas cuiuis e plæbe neutiū conuenire
quū alibi testetur Paulus, nec omnes apostolos esse, neq; om̄ I.Cor. 12
nes prophetas, sed nec doctores esse singulos. Quamobrē &
palam est, id quod Lutherus hic afferere molitur, omnino pu-
gnare cōtra scripturarum ueritatem.

XIII

¶ Sed pergamus in frontes meretricias lupanarium iſtorū „
colligere testimonia, quibus sacerdotiū noui testamenti sta- „
tuīt, ut oppilemus & obmutescere faciamus os impudentium „
hominum iſtorū. Primus adest Petrus. I.Petri. II. Deponen- „
tes igitur omnem dolū, & simulationes, & inuidias, & om̄es „
detractiones, sicut modo geniti infantes, lac rationabile & si- „
ne dolo concupiscite, ut per ipsum crescatis in salutē, si tamen „

H 2

